Sigismundus dei gratia Rex Polonie, Magnus dux
Lithuanie, Russie, Prussie, Mazovie etc. dominus et heres.
Generose fidelis dilecte. Mandamus tibi ut Nunctiis terre
Cracoviensis vestre, Andree de Thanczin Gladifero eiusdem terre Cracoviensis,
Stanislao Stadnyczki, Nicolao Thaschiczki, Wyerusskij,
Joanni Jordan, Andree Morski, Stanislao Mynoczki, Joanni Betz-
koczki et Dobeslao Chicklinski, racione expensarum quas hic
Cracovie in Conventu Coronationis Serenissimi filii nostri fecerunt,
de negotiis Reipublice una cum Nunctiis aliarum Terrarum con-
sulentes, per decem Marcas monete et numeri Regni nostri, dos
et extradas, de pecuniis Contributionum publicarum in Conventu
Pyotrkoviensi proxime transacto decretarum. De quibus te quie-
tamus per presentes. Datum in Cracoviensi Conventu feria quinta
proxima ante dominicam Judica. Anno domini Millesimo quin-
gentesimo tricesimo, Regni vero nostri anno vigesimo quarto.

Sigismundus Rex

Generoso Joanni Pyenyązek de Cruzlowa Iudici
et Exactori terre Cracovien, fideli dilecto

ff 144

Nunctijs krez Cracovien

12

